

Lichenum — nova species in Insulis Canariensibus inventa

JAN BYSTREK

Institutum Biologiae, Univ. Mariae Curie-Skłodowska, 20-033, Lublin,
ul. Akademicka 19

Bystrek J. (Institute of Biology, Maria Curie-Skłodowska University, 20-033, Lublin, Akademicka 19, Poland): The new species of lichen from Canary Islands.

The new species *Alectoria glauca* Stizbgr. from Canary Islands is described.

Alectoria glauca Stizbgr. nova sp.

Diagnosis: thallus filamentoso-fruticulosus, pendulus vel prostrato pendulus, 8-15 cm longus, raro paulo longior, rigidus et chondricus sed fragilis, levissimus, nitidulus, uniformiter pallidus, stramineo-fuscus (in herbario fuscus, vel rubrofuscus), parte basali attenuatum et sat late nigratus, in tota longitudine divergenter ramosus, axillis inter ramos latis, rectis late clausis vel perviis. Rami omnes uniformes, supra basim et parte media ca 1 mm crassi, rarius paulo crassiores, distincte flexuosa curvati, teretes vel prope ramificationes paululo obtusa complanati, parte apicali ca. 0,1-0,3 mm crassi et eramulosi.

Pseudocyphellae semper praesentes ad ramos crassiores supra basim et parte media, albae, ecorticatae, punctiformes, acupuncturae similes. Soralia semper praesentia, ad ramos tenuiores, acute limitata. Soredia farinosa, albida.

Apothecia ignota.

Structura anatomica: cortex ca 200-240 μ crassa, in stratu exteriori usque ad 50 μ crasso-infusata vel luteola, ex hyphis valde conglutinatis, luminibus cellularum angustis (usque ad 3 μ in diametro formata ost; medulla laxa, ex hyphis laxissime complexis in tota crassitudine medullae, versus corticem paulo densior, intus cum lacunis latis; hyphae leves, rarissime inaequaliter ramificantes, usque ad 3 μ crassae, ad ramificationes paulo crassiores, in contactu cum algis breviter ramificantes, et algas arcte amplectantes; algae virides, ad genus *Trebouxia* pertinentes, usque ad 10 μ in diametro, in parte infracorticali nonnullae glomeratim dispositae.

Reactiones chemicae: KOH —, CaOCl₂ —, KOH+CaOCl₂ —, PFDA —.

Typus in Rijksherb. Leiden. **Locus classicus:** Insulae Canarienses, Palma, Tayana de la Plata, ca 700 m s.m., 1906 C. J. Pilard.

Discussio: *A. glauca* differt a reliquis speciebus generis structura pseudocyphellarum, colore thalli, crassitudine corticis et absentia reactio-

num chemicarum. Ob apothecia non existentibus adnumerare illam ad ullum genus difficile est. Ad genus *Alectoria* adnumero eam structura anatomica eius corticis nec non ramulis cylindricis et superficie levi, partim quoque habitu fretus. Propter sui generis structuram pseudocyphellarum, apud alia genera ex familia *Usneaceae* non visam, *Alectoria glauca* in specificum genus adnumeranda mihi esse videtur.

Alectoria glauca "endemios" est, nota tantum ex Insulis Canariensibus. In herbariis vidi specimina:

Tayana de la Plata, ca. 700 m s.m., 1906 C. J. Pilard (Leiden — typus). Fibeira de Sta Luiza pr. Funchal, 1400 m s.m., 1900 J. Bornmüller (Wrocław — typus *Alectoria chondrina* Stirt.). Madera, Poizo, ad *Vaccinium maderense*, 1900 J. Bornmüller (Wien, Lublin).